Gaudeo ergo in vobis. sed volo vos sapientes esse in bono et simplices in malo.
Deus autem pacis conterat satanam
sub pedibus vestris velociter. gratia
domini nostri ihesu christi vobiscum. Salu
tat vos tymotheus adiutor meus.
et lucius et iason et sosipater cognati
mei. Saluto vos ego tercius qui
scripsi epistolam in domino. Salu
tat vos gaius hospes meus et
universa ecclesia. Salutat vos era
stus. archarius civitatis et quartus
frater. gratia domini nostri ihesu christi cum
omnibus vobis amen. Ei autem qui po
tens est vos confirmare iuxta e
vangelium meum et predicationem
ihesu christi secundum revelationem misterii
temporibus eternis taciti. quod nunc
patefactum est per scripturas prophe
tarum secundum preceptum eterni dei. ad o
beditionem fidei in cunctis gentibus
cogniti soli sapienti deo per ihesum christum
cui honor et gloria in secula seculorum amen.

Incipit epistola pauli ad corinthios.

Paulus apostolus voca
tus christi ihesu per volun
tatem dei et sosten
es frater ecclesie dei que
est corinthi. sanctificatis in christo ihesu
vocatis sanctis. cum omnibus qui invo
cant nomen domini nostri ihesu christi in omni
loco ipsorum et nostro. gratia vobis et par
a deo patre nostro et domino ihesu christo. gratias
ago deo meo semper pro vobis in gratia
dei que data est vobis in christo ihesu.
quia in omnibus divites facti estis in
illo. in omni verbo et in omni scientia. si
cut testimonium christi confirmatum
est in vobis. ita ut nichil vobis desit
in nulla gratia. expectantibus revela
tionem domini nostri ihesu christi qui et con
firmabit vos usque in finem sine
crimine in die adventus domini nostri
ihesu christi. Fidelis deus per quem voca
ti estis in societatem filii eius ihesu
christi domini nostri. Obsecro autem vos fratres
per nomen domini nostri ihesu christi ut id
ipsum dicatis omnes. et non sint in
vobis scismata. sitis autem perfecti
in eodem sensu et in eadem scientia.
Significatum est enim michi de vobis
fratres mei ab hiis qui sunt clo
es. quia contentiones sunt inter
vos. Hoc autem dico quod unusquisque vestrum
dicit. Ego quidem sum pauli.
ego autem apollo. ego vero ce
phe. ego autem christi. divisus est
christus? numquid paulus crucifixus
est pro vobis. aut in nomine
pauli baptizati estis? Gratias ago
deo quod neminem vestrum baptizavi — ni crispum et gaium ne quis dicat quod in nomine meo baptizati estis. baptizavi
autem et stephane domum. Ceterum
nescio si quem alium baptizaverim.
Non enim christus misit me bap
tizare sed evangelizare. Non in sa
pientia verbi ut non evacuetur
crux christi. Verbum enim crucis pe
reuntibus quidem stultitia est. hiis

autē qui salui fiunt id ē nobis
uirtus dei est. Scriptum est enim.
Perdam sapientiam sapientiū
et prudentiā prudentium reprobabo.
Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisi
tor huius seculi? Nonne stultam
fecit deus sapientiam huius mun
di? Nam quia in dei sapientia non
cognouit mundus per sapientiam
deum. placuit deo per stultitiā pre
dicationis saluos facere creden
tes. Quoniam et iudei signa petunt. et greci
sapientiam querunt. Nos autem
predicamus xpm crucifixum.
iudeis quidem scandalum. gentibus
autē stultitiam. Ipsis autem uoca
tis iudeis atque grecis. xpm dei uir
tutem et dei sapientiam. Quia quod
stultum est dei. sapientius ē homi
et quod infirmum est dei. fortius ē
hominibus. Uidete enim uocationem
urām fratres. quia non multi sa
pientes secundum carnem. nō multi
potentes non multi nobiles. sed
que stulta sunt mundi elegit
deus. ut confundat sapientes. Et
infirma mundi elegit deus. ut
confundat fortia. et ignobilia mun
di et contemptibilia elegit deus. Et
ea que nō sunt. ut ea que sunt
destrueret. ut non glorietur omnis
caro in conspectu eius. Ex ipso
autē uos estis in xpo ihesu qui factus
est sapientia nobis a deo. et iusticia.
et sanctificatio et redemptio. ut quemad
modum scriptum est. Qui gloriatur in do
mino glorietur.

II
Et ego cum uenissem ad uos fratres.
ueni non per sublimitatem sermonis
aut sapientie. annuntians uobis
testimonium xpi. Non enim iudicaui
me scire aliquid inter uos. nisi ihesum
xpm et hunc crucifixum. Et ego in infir
mitate et timore et tremore multo
fui apud uos. et sermo meus et pre
dicatio mea. non in persuasibilibus
humane sapientie uerbis. sed in
ostensione spiritus et uirtutis.
ut fides urā nō sit in sapientia
hominum. sed in uirtute dei. Sapiē
tiam autem loquimur inter perfectos.
Sapientiam uero nō huius seculi.
nec principum huius seculi qui des
truuntur. sed loquimur dei sapientiā
in misterio que abscondita est.
quam predestinauit deus ante
secula in gloriam nostram. quam
nemo principum huius seculi cog
nouit. Si enim cognouissent. num
quam dominum glorie crucifixissent. Sed sicut
scriptum est quod oculus nō uidit.
nec auris audiuit. nec in cor ho
minis ascendit. quod preparauit
deus hiis qui diligunt illum. Nobis
autē reuelauit deus per spiritum
suum. Spiritus enim omnia scrutatur.
etiam profunda dei. Quis enim
scit hominum que sunt hominis.

tusi spc hominis qui in ipso est. Ita et
que dei sunt. nemo cognouit nisi sps
dei. Nos autē non spm̄ huiꝰ mundi
accepimus. sed spm̄ qui ex deo est. ut
sciamus que a deo sunt donata no
bis. que et loquimur non in doctis
humane sapientie uerbis. sed in doc
trina sps. spualibꝰ spualia cōparan
tes. Aīalis autē homo nō percipit ea
que sunt spiritus spiritus dei.
Stultitia enī est illi. et nō pōt intel
ligere. qr spualr examinat. Spi
ritualis autē iudicat omīa. et ipe
a nemine iudicat. Quis enī cog
nouit sensum dnī. aut quis instru
xit eum. Nos autē sensum xpī hē
III mus. Et ego fratres nō potui uo
bis loqui q̄si spualibꝰ. sed quasi car
nalibꝰ. Tanq̄ paruulis in xpo.
lac uobis potum dedi nō escam.
Nondum enī poteratis. sed nec nūc
quidē potestis. Adhuc enim estis
carnales. Cum enī sit inter uos ze
lus et contentio. nōne carnal
es estis. et sedm hominē ambula
tis. Cum enī quis dicat. ego quidē
sum pauli. alius autē ego apol
lo. nōne homines estis. Quid ig
est apollo. Quid uero paulus.
ministri eius cui credidistis. et
unicuiq; sicut dns dedit. Ego pl
antaui. apollo rigauit. sed dns in
crementū dedit. Itaq; neq; q̄ plan
tat est aliquid. neq; qui rigat. sed q̄
incrementū dat deus. Qui plan
tat autē et qui rigat unū sunt. U
nus quisq; autē propriam mercedē ac
cipiet sedm suū laborē. Dei enī su
mus adiutores. dei agricultura
estis. dei edificatio estis. Sedm grā
tiam dei q̄ data est michi. ut sa
piens architectus fundamentū
posui. Alius autē superedificat. Un
quisq; autem uideat quomō sup
edificet. Fundamentū enī aliud ne
mo potest ponere. preter id quod
positum est. quod est xpc ihc. Siquis
autē superedificat sup fundamē
tum hoc aurum. argentū. lapi
des preciosos. ligna. fenū. stipulā.
uniuscuiusq; opus manifestum
erit. Dies enim domini declara
bit. quia in igne reuelabit. Et uni
uscuiusq; opus q̄le sit ignis pro
babit. Si opus cuiusq; manserit
quod superedificauit. mercedem
accipiet. Si cuiusq; opus crema
bile erit. detrimentū patiet. Ipe
autē saluus erit. sic tamē q̄si per ignē.
Nescitis quia templum dei estis. et
sps dei habitat in uobis. Siquis autē
templū dei uiolauerit. disperdet il
lum deus. Templū enī dei scm̄ est.
quod estis uos. Nemo se seducat.
Si quis uidetur inter uos sapi
ens eē in hoc seculo. stultus fiat.
ut sit sapiens. Sapientia enim
huius mundi. stultitia est apud

deum. Sicut scriptum est: Compre-
hendam sapientes in astutia eorum.
Et iterum: Dominus novit cogitationes
sapientium quoniam vane sunt. Itaque
nemo glorietur in hominibus. Omnia
enim vestra sunt: sive paulus, sive
apollo, sive cephas, sive mundus,
sive vita, sive mors, sive presentia,
sive futura. Omnia enim vestra sunt: vos
autem christi, christus autem dei.
IIII Sic nos existimet homo ut mini-
stros christi et dispensatores misterio-
rum dei. Hic iam queritur inter dispen-
satores ut fidelis quis inveniatur.
Michi autem pro minimo est ut
a vobis iudicer aut ab humano
die. Sed neque me ipsum iudico. Nichil
enim michi conscius sum. Sed non in
hoc iustificatus sum. Qui autem iudi-
cat me dominus est. Itaque nolite ante
tempus iudicare, quoadusque ve-
niat dominus, qui et illuminabit abscon-
dita tenebrarum et manifestabit
consilia cordium. Et tunc laus erit
unicuique a deo. Hec autem fratres transfi-
guravi in me et apollo propter
vos, ut in vobis discatis ne supra
quam scriptum est unus adversus al-
terum infletur pro alio. Quis e-
nim te discernit? Quid autem habes
quod non accepisti? Si autem accepi-
sti, quid gloriaris quasi non acceperis?
Iam saturati estis, iam divites fa-
cti estis, sine nobis regnatis. Et utinam
regnetis, ut et nos vobiscum regne-
mus. Puto enim deus quod nos apostolos
novissimos ostendit, tamquam mor-
ti destinatos, quia spectaculum facti su-
mus huic mundo et angelis et hominibus.
Nos stulti propter christum, vos autem pru-
dentes in christo. Nos infirmi, vos au-
tem fortes. Vos nobiles, nos autem igno-
biles. Usque in hanc horam et esurimus
et sitimus et nudi sumus et cola-
phis cedimur et instabiles sumus,
et laboramus operantes manibus
nostris. Maledicimur et benedicimus;
persecutionem patimur et sustinemus;
blasphemamur et obsecramus. Tamquam
purgamenta huius mundi facti su-
mus omnium peripsima usque adhuc.
Non ut confundam vos hec scribo,
sed ut filios meos karissimos moneo.
Nam si decem milia pedagogorum ha-
beatis in christo, sed non multos patres.
Nam in christo ihesu per evangelium
ego vos genui. Rogo ergo vos, (fratres)
imitatores mei estote. Ideo misi (sicut et ego christi)
ad vos tymotheum qui est filius
meus karissimus et fidelis in domino, qui
vos commonefaciat vias meas
que sunt in christo, sicut ubique in (ihesu)
omni ecclesia doceo. Tamquam non venturus
sim ad vos, sic inflati sunt quidam.
Veniam autem cito ad vos, si do-
minus voluerit, et cognoscam non
sermonem eorum qui inflati sunt,
sed virtutem. Non enim in sermone

regnum dei: sed in uirtute. Quid uul
tis? In uirga ueniam ad uos: an in
caritate et spiritu mansuetudinis?
V Omnino auditur inter uos forni
catio. et talis fornicatio qualis nec
inter gentes. ita ut uxorem patris ali
quis habeat. Et uos inflati estis: et non
magis luctum habuistis ut tollatur
de medio uestrum qui hoc opus fecit.
Ego quidem absens corpore. presens
autem spiritu: iam iudicaui ut
presens eum qui sic operatus est in
nomine domini nostri ihesu christi. congregatis
uobis et meo spiritu cum uirtute do
mini ihesu. tradere huiusmodi sathane
in interitum carnis. ut spiritus saluus
sit in die domini nostri ihesu christi. Non bona
gloriatio uestra. Nescitis quia modicum
fermentum totam massam corrumpit?
Expurgate uetus fermentum: ut si
tis noua conspersio. sicut estis azi
mi. Etenim pascha nostrum immolatus
est christus. Itaque epulemur. non in fer
mento ueteri. neque in fermento ma
litie et nequitie: sed in azimis since
ritatis et ueritatis. Scripsi uobis
in epistola: ne commisceamini forni
cariis. Non utique fornicariis huius
mundi. aut auaris. aut rapacibus:
aut ydolis seruientibus. Alioquin
debueratis de hoc mundo exisse. Nunc
autem scripsi uobis non commisceri.
Si is qui frater uocatur nominatur
est fornicator. aut auarus. aut ydo
lis seruiens. aut maledicus. aut
ebriosus. aut rapax: cum eiusmodi
nec cibum sumere. Quid enim mi
hi de his qui foris sunt iudicare?
Nonne de his qui intus sunt uos
iudicatis? Nam eos qui foris sunt:
deus iudicabit. Auferte malum
ex uobis ipsis.
VI Audet aliquis uestrum habens negotium
aduersus alterum iudicari apud
iniquos. et non apud sanctos? An ne
scitis quia sancti de hoc mundo iudicabunt?
Et si in uobis iudicabitur mundus.
indigni estis qui de minimis iudi
cetis. Nescitis quoniam angelos iu
dicabimus? quanto magis secularia?
Secularia igitur iudicia si habueritis. con
temptibiles qui sunt in ecclesia. il
los constituite ad iudicandum. Ad
uerecundiam uestram dico. sic non
est inter uos sapiens quisquam
qui possit iudicare inter fratrem su
um. Sed frater cum fratre iudicio con
tendit. et hoc apud infideles. Iam
quidem omnino delictum est in uobis.
quod iudicia habetis inter uos. Quare
non magis iniuriam accipitis?
quare non magis fraudem patimini?
Sed uos iniuriam facitis. et
fraudatis. et hoc fratribus. An nesci
tis quia iniqui regnum dei non pos
sidebunt? Nolite errare. Neque for
nicarii. neque ydolis seruientes. neque
adulteri. neque molles. neque mascu

lorum contumbitores neque fures.
neque fures auari. neque ebriosi. atque
maledici. neque rapaces regnum dei
possidebunt. Et hec quidem fuistis.
sed abluti estis. sed sanctificati estis. sed
iustificati estis in nomine domini nostri
ihesu christi et in spiritu dei nostri. Omnia mi
chi licent. sed non omnia expediunt.
omnia mihi licent. sed ego sub nul
lius redigar potestate. Esca ventri
et venter escis. Deus autem et hunc
et hanc destruet. Corpus autem non
fornicationi sed domino et dominus corpori.
Deus vero et dominum suscitauit et nos
suscitabit per virtutem suam. Nesci
tis quoniam corpora vestra membra christi sunt.
Tollens ergo membra christi faciam
membra meretricis? Absit. An ne
scitis quoniam qui adheret meretrici
unum corpus efficitur? Erunt enim
duo in carne una. Qui autem adheret
domino unus spiritus est. Fugite
fornicationem. Omne enim peccatum quod
cumque fecerit homo extra corpus est.
Qui autem fornicatur in corpus suum
peccat. An nescitis quoniam membra vestra
templum est spiritus sancti qui in vobis est.
quem habetis a deo et non estis vestri.
Empti enim estis precio magno.
Glorificate et portate deum in cor
VII pore vestro. De quibus autem scripsistis
michi. Bonum est homini muli
erem non tangere. Propter fornicati
onem autem unusquisque suam
uxorem accipiat. et unaqueque suum
virum habeat. Uxori vir debitum
reddat. Similiter autem et uxor viro.
Mulier sui corporis potestatem
non habet sed vir. Similiter autem et vir sui
corporis non habet potestatem sed
mulier. Nolite fraudare inuicem.
nisi forte ex consensu ad tempus.
ut vacetis orationi. Et iterum re
vertimini in idipsum. ne temptet
vos sathanas propter incontinentiam
vestram. Hoc autem dico secundum indul
gentiam. non secundum imperium. Vo
lo autem omnes homines esse
sicut me ipsum. Sed unusquisque
proprium donum habet ex deo. Alius quidem
sic. Dico autem sic. alius vero sic.
Dico autem non nuptis et viduis.
Bonum est illis si sic permaneant
sicut et ego. Quod si non continent
nubant. Melius est enim nubere
quam uri. Hiis autem qui matrimonio
iuncti sunt precipio non ego sed
dominus. Uxorem a viro non discedere.
Quod si discesserit manere innup
tam. aut viro suo reconciliari.
Et vir uxorem non dimittat. Nam
ceteris ego dico non dominus. Si quis
frater uxorem habet infidelem. et hec
consentit habitare cum illo non
dimittat illam. Et si qua mulier
habet virum infidelem. et hic consentit
habitare cum illa. non dimittat virum.
Sanctificatus est enim vir infidelis

per fidelem mulierem. Et sc̃ifica
ta est mulier enim mulier infidelis
per uirum fidelem. Alioquin filii
uestri inmundi essent. Nunc autem sc̃i
sunt. Quod si infidelis discedit.
discedat. Non est enim seruituti sub
iectus frater uel soror in eiusmodi.
In pace autem uocauit nos dñs. Unde
scis mulier si uirum saluum facies?
Aut unde scis uir si mulierem sal
uam facies? Nisi unicuique sicut
diuisit deus. et unumquemque sicut uo
cauit deus ita ambulet. et sicut in
omnibus ecclesiis doceo. Circumcisus a
liquis uocatus est. non adducat pre
putium. In preputio aliquis uocatus
est non circumcidatur. Circumcisio
nichil est. et preputium nichil est. sed obser
uatio mandatorum dei. Unusquisque
in qua uocatione uocatus est: in ea
permaneat. Seruus uocatus es non
sit tibi cure. Sed et si potes liber fieri ma
gis utere. Qui enim in dño uocatus
est seruus. libertus est dñi. Similiter
qui liber uocatus est: seruus est
xp̃i. Precio empti estis. Nolite fie
ri serui hominum. Unusquisque in
quo uocatus est frater. in hoc ma
neat apud deum. De uirginibus
autem preceptum dñi non habeo. consili
um autem do. tamquam misericordi
am consecutus a domino ut sim
fidelis. Existimo ergo hoc bonum
esse propter instantem necessitatem quoniam bonum

est homini sic esse. Alligatus es
uxori noli querere solutionem. So
lutus es ab uxore. noli querere
uxorem. Si autem acceperis uxorem.
non peccasti. et si nupserit uirgo
non peccauit. Tribulationem tamen
carnis habebunt huiusmodi. ego autem
uobis parco. Hoc itaque dico fratres
tempus breue est. reliquum est ut
qui habent uxores. tamquam non habentes
sint. Et qui flent tamquam non flentes.
Et qui gaudent tamquam non gaudẽ
tes. et qui emunt tamquam non possidẽ
tes. Et qui utuntur hoc mundo. tam
quam non utantur. Preterit enim figura
huius mundi. Uolo autem uos sine
sollicitudine esse. Qui sine uxore est.
sollicitus est que dñi sunt quomodo
placeat deo. Qui autem cum uxo
re est: sollicitus est que sunt mun
di quomodo uxori placeat. et di
uisus est. Et mulier innupta
et uirgo cogitat que dñi sunt.
ut sit sc̃a et corpore et spiritu. Que autem
nupta est cogitat que sunt mundi
quomodo placeat uiro. Porro hoc
ad utilitatem uestram dico. non ut
laqueum uobis iniciam. sed ad id
quod honestum est et quod facultatem
prebeat sine inpedimento dño ob
secrandi. Si quis autem turpem se
uideri existimat super uirgine sua.
Quod sit superadulta. et ita oportet fie
ri. quod uult faciat. non peccat

si nubat. Nam qui statuit in
corde suo firmus. non habens ne
cessitatem. potestatem autem habens
sue voluntatis. et hoc iudicavit in
corde suo servare virginem suam
bene facit. Igitur et qui matrimonio
iungit virginem suam bene facit.
et qui non iungit bene facit melius
facit. Mulier alligata est legi quan
to tempore vir eius vivit. Quod
si dormierit vir eius, liberata est.
cui vult nubat. tantum in domino. Beati
or autem erit si sic permanserit secundum
meum consilium. Puto autem quod e
go spiritum dei habeam.
VIII De his autem que idolis sacrificantur
scimus quia omnes scientiam ha
bemus. Scientia inflat. caritas edi
ficat. Si quis autem se existimat
scire aliquid. nondum cognovit
quemadmodum oporteat eum scire.
Si quis autem diligit deum hic co
gnitus est ab eo. De escis autem
que idolis immolantur. scimus quia ni
chil est idolum in mundo. et quod nul
lus deus est nisi unus. Nam et si
sunt qui dicantur dii. sive in celo
sive in terra. siquidem sunt dii mul
ti et domini multi. Nobis tamen unus deus
pater ex quo omnia et nos in illo. et u
nus dominus ihesus xpistus per quem omnia et
nos per ipsum. Sed non in omnibus est sci
entia. Quidam enim cum conscientia
usque nunc idoli quasi idolothitum

manducant. et conscientia ipsorum
cum sit infirma polluitur. Esca autem
non nos commendat deo. neque enim
si non manducaverimus deficiemus.
neque si manducaverimus habundabimus.
Videte autem ne hec licentia vestra
ne forte offendiculum fiat infirmis.
Si enim quis viderit eum qui habet sci
entiam in idolio recumbentem. nonne
conscientia eius cum sit infirma e
dificabitur ad manducandum ido
lothita. et peribit infirmus in tua
scientia frater. propter quem xpistus mortu
us est. Sic autem peccantes in fratres.
et percutientes conscientiam eorum infir
mam in xpisto peccatis. Quapropter si esca
scandalizat fratrem meum. non
manducabo carnem in eternum. ne
fratrem meum scandalizem.
IX Nonne sum liber. nonne sum apostolus.
nonne ihesum xpistum dominum nostrum vidi.
nonne opus meum vos estis in domino.
et si aliis non sum apostolus. sed tamen vobis
sum. Nam signaculum apostolatus
mei vos estis in domino. Mea defen
sio apud eos qui me interrogant
hec est. Numquid non habemus potestatem
manducandi et bibendi. numquid
non habemus potestatem mulierem
sororem circumducendi. sicut et ceteri apo
stoli et fratres domini et cephas. Aut
ego solus et barnabas non ha
bemus potestatem hoc operandi.
Quis militat suis stipendiis

umquam? Quis plantat vineam et de
fructu eius non edit? Quis pascit
gregem et de lacte gregis non manducat?
Numquid secundum hominem hec dico? an et
lex hec dicit? Scriptum est enim in lege mo
ysi: Non alligabis os bovi trituranti.
Numquid de bobus cura est deo? an propter
nos hoc dicit? Nam propter nos scripta
utique sunt: quoniam debet in spe qui arat
arare: et qui triturat in spe fructus
percipiendi. Si nos vobis spiritualia se
minavimus: magnum est si carnalia
vestra metamus? Si alii potestatis ve
stre participes sunt: quare non potius
nos? Sed non usi sumus hac potestate: sed
omnia sustinemus, ne quod offendiculum
demus evangelio Christi. Nescitis quoniam
qui in sacrario operantur: que de sacrario
sunt edunt? Qui altari deserviunt
cum altari participant? Ita et dominus
ordinavit his qui evangelium an
nuntiant: de evangelio vivere.
Ego autem nullo horum usus sum.
Non scripsi autem hec ut ita fiant in
me. Bonum est enim mihi magis mori: quam
ut gloriam meam quis evacuet.
Nam si evangelizavero non est mihi
gloria. necessitas enim mihi incumbit.
Ve enim mihi est si non evangelizavero.
Si autem hoc volens ago: mercedem
habeo. Si autem invitus: dispen
satio mihi credita est. Que est ergo
merces mea? ut evangelium predicans
sine sumptu ponam evangelium: ut
non abutar potestate mea in evan
gelio. Nam cum liber essem ex omnibus:
omnium me servum feci: ut plures lu
crifacerem. Et factus sum iudeis tamquam
iudeus: ut iudeos lucrarer. His qui
sub lege sunt quasi sub lege essem, cum
ipse non essem sub lege: ut eos qui sub
lege erant lucrifacerem. His qui sine
lege erant, tamquam sine lege essem: cum
sine lege dei non essem. Sed in lege es
sem Christi: ut lucrifacerem eos qui sine
lege erant. Factus sum infirmis in
firmus: ut infirmos lucrifacerem.
Omnibus omnia factus sum: ut omnes
salvos facerem. Omnia autem facio
propter evangelium: ut particeps eius efficiar.
Nescitis quod hii qui in stadio currunt:
omnes quidem currunt: sed unus ac
cipit bravium? Sic currite ut compre
hendatis. Omnis autem qui in agone
contendit: ab omnibus se abstinet. Et
illi quidem ut corruptibilem coronam
accipiant: nos autem incorruptam.
Ego igitur sic curro: non quasi in incer
tum: sic pugno non quasi aerem verbe
rans: sed castigo corpus meum: et in ser
vitutem redigo: ne forte cum aliis
predicaverim: ipse reprobus efficiar.
Nolo enim vos ignorare fratres: quoniam pa
tres nostri omnes sub nube fuerunt:
et omnes mare transierunt. Et omnes
in moyse baptizati sunt in nube
et in mari. Et omnes eandem escam
spiritualem manducaverunt: et omnes

eundem potum spiritualem biberunt.
Bibebant autem de spiritali consequen-
ti eos petra. Petra autem erat Christus. Sed
non in pluribus eorum beneplacitum est
deo. Nam prostrati sunt in deserto.
Hec autem in figura facta sunt nostri: ut
non simus concupiscentes malorum.
sicut et illi concupierunt. Neque ydo-
latre efficiamini. sicut quidam ex
ipsis quemadmodum scriptum est.
Sedit populus manducare et bibere
et surrexerunt ludere. Neque fornice-
mur sicut quidam ex ipsis fornica-
ti sunt: et ceciderunt in una die vi-
ginti tria milia. Neque temptemus
Christum. sicut quidam eorum temptaverunt:
et a serpentibus perierunt. Neque mur-
muraveritis. sicut quidam eorum mur-
muraverunt: et perierunt ab extermina-
tore. Hec autem omnia in figura con-
tingebant illis. Scripta sunt autem
ad correptionem nostram: in quos fines
seculorum devenerunt. Itaque qui se ex-
istimat stare: videat ne cadat.
Temptatio vos non apprehendat nisi hu-
mana. Fidelis autem deus est qui
non patietur vos temptari sup-
ra id quod potestis. sed faciet cum temp-
tatione etiam proventum ut possi-
tis sustinere. Propter quod karissimi
m fugite ab ydolorum cultura. Ut pru-
dentibus loquor, vos iudicate quod
dico. Calix benedictionis cui bene-
dicimus. Nonne communicatio sangui-
nis Christi est? Et panis quem frangimus
nonne participatio domini est? Quoniam unus
panis, unum corpus multi sumus. Om-
nes de uno pane et de uno cali-
ce participamus. Videte israel secundum car-
nem. Nonne qui edunt hostias parti-
cipes sunt altaris? Quid ergo dico?
quod immolatum sit ydolis aliquid? aut
quod ydolum sit aliquid? Sed que immolant
gentes demoniis immolant non
deo. Nolo autem vos socios fieri demo-
niorum. Non potestis calicem domini bibe-
re et calicem demoniorum. Non potestis men-
se domini participes esse et mense demoniorum.
An emulamur dominum? Numquid fortiores
illo sumus? Omnia licent sed non omnia
expediunt. Omnia licent sed non omnia
edificant. Nemo quod suum est querat
sed quod alterius. Omne quod in ma-
cello venit manducate nichil inter-
rogantes propter conscientiam. Domini est
terra et plenitudo eius. Si quis vocat
vocat vos infidelium et vultis ire:
omne quod vobis apponitur mandu-
cate nichil interrogantes propter consci-
entiam. Si quis autem dixerit v-
obis hoc immolatum est ydolis: no-
lite manducare propter illum qui indicavit.
et propter conscientiam. Conscientiam autem
dico non tuam sed alterius. Ut quid enim
libertas mea iudicatur ab aliena
conscientia. Si ego cum gratia participo quid
blasphemor pro eo quod gratias ago. Si-
ve ergo manducatis sive bibitis

uel aliquid facitis: omnia in gloria
dei facite. Sine offensione estote iude
is et gentibus et ecclesie dei. sicut et ego per
omnia omnibus placeo. non querens
quod mihi utile est. sed quod multis
ut salui fiant.

XI Imitatores mei estote: sicut et ego
christi. Laudo autem uos fratres quod per
omnia mei memores estis. et sicut
tradidi uobis precepta mea tene
tis. Volo autem uos scire quod omnis uiri
caput christus est. caput autem mulie
ris uir. caput uero christi deus. Omnis
uir orans. aut prophetans uelato
capite. deturpat caput suum. Omnis
autem mulier orans aut prophetans non
uelato capite. deturpat caput suum.
unum est enim ac si decaluetur. Nam si
non uelatur mulier et tondeatur.
Si uero turpe est mulieri tonderi
aut decaluari: uelet caput suum.
Vir quidem non debet uelare caput suum:
quoniam imago et gloria est dei. Mulier
autem gloria uiri est. Non enim uir ex
muliere est: sed mulier ex uiro. Et
enim non est creatus uir propter mulie
rem: sed mulier propter uirum. Ideo debet mu
lier uelamen habere super caput suum:
propter angelos. Verumptamen
neque uir sine muliere. neque mulier
sine uiro in domino. Nam sicut muli
er de uiro. ita et uir per mulierem.
Omnia autem ex deo. Vos ipsi iudica
te. decet mulierem non uelatam orare
deum? nec ipsa natura docet uos.
quod uir quidem si comam nutriat. ignomi
nia est illi. mulier uero si comam nutri
at. gloria est illi. quoniam capilli pro
uelamine ei dati sunt. Si quis autem
uidetur contentiosus esse. nos talem
consuetudinem non habemus neque ecclesia
dei. Hoc autem precipio. non laudans
quod non in melius. sed in deterius con
uenitis. Primum quidem conuenienti
bus uobis in ecclesia audio scismata
esse: et ex parte credo. Nam oportet here
ses esse: ut et qui probati sunt ma
nifesti fiant in uobis. Conuenien
tibus ergo uobis in unum iam non est
dominicam cenam manducare. Vn
usquisque enim suam cenam presu
mit ad manducandum. Et alius
quidem esurit. alius autem ebrius est.
Numquid domos non habetis ad man
ducandum et bibendum? aut ecclesiam
dei contempnitis. et confunditis e
os qui non habent? Quid dicam uobis?
Laudo uos? in hoc non laudo. E
go enim accepi a domino quod et tradidi
uobis. Quoniam dominus ihesus in qua nocte tra
debatur: accepit panem et gratias a
gens fregit et dixit. Accipite et man
ducate. hoc est corpus meum: quod pro
uobis tradetur. hoc facite in meam
commemorationem. Similiter et calicem
postquam cenauit dicens. Hic calix
nouum testamentum est in meo san
guine. hoc facite quotienscumque bibe

tis in meam commemorationem. Quotienscumque manducabitis panem hunc. et calicem bibetis. mortem domini annunciabitis donec veniat. Itaque quicumque manducaverit panem. vel biberit calicem domini indigne. reus erit corporis et sanguinis domini. Probet autem se ipsum homo. et sic de pane illo edat. et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne iudicium sibi manducat et bibit. non diiudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles. et dormiunt multi. Quod si nos met ipsos diiudicaremus. non utique iudicaremur. Dum iudicamur a domino corripimur. ut non cum hoc mundo dampnemur. Itaque fratres mei cum convenitis ad manducandum invicem expectate. Si quis esurit domi manducet. ut non in iudicium conveniatis. Cetera autem cum venero disponam.

XII De spiritualibus autem nolo vos ignorare fratres. Scitis autem quoniam cum gentes essetis. ad simulacra muta prout ducebamini euntes. Ideo notum vobis facio. quod nemo in spiritu dei loquens dicit anathema ihesu. Et nemo potest dicere dominus ihesus nisi in spiritu sancto. Divisiones vero gratiarum sunt. idem autem spiritus. et divisiones ministrationum sunt. Et idem autem dominus. et divisiones operationum. idem vero deus qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alii quidem per spiritum datur sermo sapientie. alii autem sermo scientie. secundum eundem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu. Alii gratia sanitatum in uno spiritu. Alii operatio virtutum. alii prophetia. alii discretio spirituum. Alii genera linguarum. alii interpretatio sermonum. Hec autem omnia operatur unus atque idem spiritus. dividens singulis prout vult. Sicut enim corpus unum est. et membra habet multa. omnia autem membra corporis cum sint multa unum corpus sunt. ita et christus. Et enim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus. Sive iudei sive gentiles. sive servi sive liberi. et omnes uno spiritu potati sumus. Nam et corpus non est unum membrum. sed multa. Si dixerit pes quoniam non sum manus. non sum de corpore. non ideo non est de corpore. Et si dixerit auris non sum oculus non sum de corpore. non ideo non est de corpore. Si totum corpus oculus. ubi auditus. Si totum auditus ubi odoratus. Nunc autem posuit deus membra in corpore. unumquodque eorum sicut voluit. Quod si essent omnia unum membrum. ubi corpus. Nunc autem multa quidem membra. unum autem corpus. Non potest dicere oculus manui. operatia non indigeo.

aut iterum caput pedibus non
estis michi necessarii. Sed multo
magis que videntur membra corpo
ris infirmiora esse necessaria sunt. et
que putamus ignobiliora mem-
bra esse corporis. hiis habundantiorem
honorem circumdamus. Et que inho
nesta sunt nostra. habundantiorem
honestatem habent. Honesta autem
membra — nostra nullius egent. Sed deus tempe
ravit corpus ei cui deerat. habun
dantiorem tribuendo honorem
ut non sit scisma in corpore. Sed
idipsum pro invicem sollicita sint
membra. et si quid patitur unum
membrum compatiuntur omnia
membra. Vos autem est. Sive glori
atur unum membrum congaude
ant omnia membra. Vos autem
estis corpus christi et membra de mem
bro. Et quosdam quidem posuit
deus in ecclesia. Primum apo
stolos. Secundo prophetas. Tercio doc
tores. deinde virtutes. Exinde gra
tias curationum. opitulationes.
gubernationes. genera linguarum.
interpretationes sermonum — Numquid omnes apostoli. numquid omnes pro
phete. numquid omnes doctores. num
quid omnes virtutes. numquid gratiam
habent curationum. numquid omnes lin
guis loquuntur. numquid omnes interpre
tantur. Emulamini autem
carismata meliora. Et adhuc ex
cellentiorem viam vobis demonstro.

XIII

Si linguis hominum loquar et
angelorum. caritatem autem non habeam.
factus sum velut es sonans aut
cimbalum tinniens. Et si habuero pro
phetiam. et noverim misteria omnia
et omnem scientiam. et si habuero
omnem fidem. ita ut montes trans
feram. caritatem autem non habuero
nichil sum. Et si distribuero in ci
bos pauperum omnes faculta
tes meas. et si tradidero corpus me
um ita ut ardeam. caritatem
autem non habuero michi nichil prodest.
Caritas paciens est. benigna est.
caritas non emulatur. non agit
perperam. non inflatur. non est
ambiciosa. non querit que sua sunt.
non irritatur. non cogitat ma
lum. non gaudet super iniquitate.
congaudet autem veritati. omnia
suffert. omnia credit. omnia spe
rat. omnia sustinet. Caritas num
quam excidit. Sive prophetie eva
cuabuntur. sive lingue cessabunt.
sive scientia destruetur. Ex parte enim
cognoscimus. et ex parte prophe
tamus. Cum autem venerit quod per
fectum est. evacuabitur quod ex par
te est. Cum essem parvulus loquebar
ut parvulus. sapiebam ut par
vulus. cogitabam ut parvulus.
Quando autem factus sum vir. eva
cuavi que erant parvuli. Videmus
nunc per speculum in enigmate.

tunc autem faciem ad faciem. Nunc
cognosco ex parte. tunc autem cog
noscam sicut et cognitus sum.
Nunc autem manent fides. spes.
caritas. tria hec. Maior autem
his est caritas.

XIIII Sectamini caritatem. emulamini
spiritualia. magis autem ut prophe
tetis. Qui enim loquitur lingua non
hominibus loquitur sed deo. Nemo e
nim audit. Spiritus autem loquitur myste
ria. Nam qui prophetat hominibus
loquitur ad edificationem et exhor
tationem et consolationem. Qui loqui
tur lingua semetipsum edificat.
qui autem prophetat ecclesiam de e
dificat. Volo autem vos loqui linguis.
magis autem prophetare. Nam
maior est qui prophetat quam
qui loquitur linguis. nisi for
te interpretetur ut ecclesia edificati
onem accipiat. Nunc autem fratres
si venero ad vos linguis loquens.
quid vobis prodero nisi vobis lo
quar. aut in revelatione aut
in scientia. aut in prophetia. aut in
doctrina. Tamen que sine ani
ma sunt vocem dantia. sive ti
bia sive cythara nisi distinctionem
sonituum dederint. quomodo scietur
quod canitur. aut quod cythari
zatur. Etenim si incertam vocem
det tuba quis parabit se ad bel
lum. Ita et vos per linguam nisi
manifestum sermonem dederitis quo
modo scietur id quod dicitur. Eri
tis enim in aera loquentes. Tam multa
ut puta genera linguarum sunt in
hoc mundo. et nichil sine voce est.
Si ergo nesciero virtutem vocis.
ero ei cui loquor barbarus. et qui
loquitur mihi barbarus. Sic et vos quo
niam emulatores estis spirituum
ad edificationem ecclesie querite ut
habundetis. Et ideo qui loquitur lingua
oret ut interpretetur. Nam si orem
lingua. spiritus meus orat. mens
autem mea sine fructu est. Quid
ergo est. Orabo spiritu. orabo et mente.
psallam spiritu. psallam et mente.
Ceterum si benedixeris spiritu. quis sup
plet locum ydiote. Quomodo dicet
amen super tuam benedictionem.
quoniam quid dicas nescit. Nam tu quidem
bene gratias agis. sed alter non edifica
tur. Gratias ago deo quod omnium vestrum
lingua loquor. Sed in ecclesia volo
verba sensu meo loqui ut alios
instruam. quam decem milia verborum
in lingua. Fratres nolite pueri ef
fici sensibus. sed malitia parvuli
estote. sensibus autem perfecti sitis.
In lege scriptum est. Quoniam in aliis
linguis et labiis aliis loquar populo
huic. et nec sic exaudient me dicit
dominus. Itaque lingue in signum sunt
non fidelibus sed infidelibus. prophetie
autem non infidelibus sed fidelibus.

Si ergo conveniat universa ecclesia
in unum et omnes linguis loquantur
intrent autem idiote aut infideles
nonne dicent quod insanitis?
Si autem omnes prophetent, intret
autem quis infidelis vel idiota:
convincitur ab omnibus, diiudicatur
ab omnibus. Occulta cordis eius
manifesta fiunt, et ita cadens in
faciem adorabit deum, pronuncians
quod vere deus in vobis sit. Quid ergo est
fratres? Cum convenitis unusquisque
vestrum psalmum habet, doctrinam habet,
apocalipsin habet, interpretationem habet,
linguam habet, omnia ad edificationem
fiant. Sive lingua quis loquitur, secundum
duos aut multum tres, et per partes
unus interpretetur. Si autem non fuerit
interpres, taceat in ecclesia. Sibi
autem loquatur et deo. Prophete duo aut
tres dicant, et ceteri diiudicent. Quod
si alii revelatum fuerit sedenti prior
taceat. Potestis enim per singulos omnes
prophetare, ut omnes discant et omnes
exhortentur. Et spiritus prophetarum pro-
phetis subiecti sunt. Non enim est dis-
sensionis deus sed pacis, sicut in
omnibus ecclesiis sanctorum doceo. Mulie-
res in ecclesiis taceant. Non enim per-
mittitur illis loqui, sed subditas esse
sicut et lex dicit. Si quid autem vo-
lunt discere, domi viros suos
interrogent. Turpe enim est mulieri
loqui in ecclesia. An a vobis verbum dei
processit? aut in vos solos
pervenit? Si quis videtur propheta
esse aut spiritualis, cognoscat que
scribo vobis, quia domini sunt manda-
ta. Si quis autem ignorat, ignorabitur.
Itaque fratres emulamini prophetare
et loqui linguis nolite prohibere.
Omnia autem honeste et secundum or-
dinem fiant in vobis.
Notum autem facio vobis evangeli- XV
um quod predicavi vobis, quod et ac-
cepistis, in quo et statis, per quod et
salvamini. Qua ratione predica-
verim vobis si tenetis, nisi frustra
credidistis. Tradidi enim vobis in pri-
mis quod et accepi, quoniam Christus mortu-
us est pro peccatis nostris secundum scrip-
turas, et quia sepultus est, et quia resur-
rexit tertia die secundum scripturas, et quia
visus est Cephe, et post hoc undecim. De-
inde visus est plus quam quingentis
fratribus simul, ex quibus multi man-
ent usque adhuc, quidam autem
dormierunt. Deinde visus est Iacobo,
deinde apostolis omnibus. Novissime
autem omnium tamquam abortivo visus
est et michi. Ego enim sum minimus
apostolorum, qui non sum dignus vocari a-
postolus, quoniam persecutus sum ecclesiam
dei. Gratia autem dei sum id quod sum, et gratia
eius in me vacua non fuit, sed ha-
bundantius illis omnibus laboravi.
Non ego autem, sed gratia dei mecum.
Sive enim ego sive illi sic predicavimus

mus. et sic credidistis. Si autem
xpc predicatur quod resurrexit a
mortuis. quomodo quidam dicunt
in vobis quoniam resurrectio mortuo
rum non est. Si xpc resurrexit. Si
autem xpc non resurrexit. inanis
est ergo predicatio nostra. inanis
est fides nostra. Invenimur autem et fal
si testes dei. quoniam testimonium dixi
mus adversus deum quod suscitaverit
xpm. quem non suscitavit. Nam
si mortui non resurgunt. neque
xpc resurrexit. Quod si xpc non re
surrexit. vana est fides vestra. ad
huc enim estis in peccatis vestris.
Ergo et qui dormierunt in xpo perie
runt. Si in hac vita tantum in xpo speran
tes sumus. miserabiliores sumus om
nibus hominibus. Nunc autem xpc sur
rexit a mortuis. primitie dormien
tium. Quoniam quidem per hominem
mors. et per hominem resurrectio m
ortuorum. Et sicut in adam omnes
moriuntur. ita et in xpo omnes vivi
ficabuntur. Unusquisque autem in suo
ordine. primitie xpc. Deinde hii qui
xpi qui in adventu eius crediderunt.
Deinde finis cum tradiderit regnum
deo et patri. cum evacuaverit omnem
principatum et omnem potestatem.
virtutem. Oportet autem illum regnare
donec ponat omnes inimicos suos
sub pedibus suis. Novissime autem omnium
inimica destruetur mors. Omnia

enim subiecit deus sub pedibus eius.
Cum autem dicat omnia subiecta
sunt ei sine dubio preter eum qui sub
iecit ei omnia. Cum autem subiecta
fuerint illi omnia. tunc et ipse filius
subiectus erit illi qui sibi subiecit om
nia. ut sit deus omnia in omnibus. Alio
quin quid facient illi qui baptizantur
pro mortuis. si omnino mortui non
resurgunt. ut quid baptizantur pro
illis. Ut quid nos periclitamur omni
hora. Cotidie morior per gloriam
vestram fratres quam habeo in xpo ihesu do
mino nostro. Si secundum hominem ad besti
as pugnavi ephesi. quid mihi prodest
si mortui non resurgunt. Manduce
mus et bibamus. cras enim morie
mur. Nolite seduci. corrumpunt mo
res bonos colloquia mala. Evigi
late iusti. et nolite peccare. Ignoran
tiam enim dei quidam habent. ad reveren
tiam vobis loquor. Sed dicet aliquis.
Quomodo resurgent mortui. aut quali
corpore venient. Insipiens tu quod
seminas non vivificatur. nisi prius
moriatur. Et quod seminas non cor
pus quod futurum est seminas. sed
nudum granum ut puta tritici. aut a
licuius ceterorum. Deus autem dat il
li corpus sicut vult. et unicuique semi
num proprium corpus. Non omnis ca
ro eadem caro. Sed alia quidem hominum.
alia pecorum. alia volucrum. alia au
tem piscium. corpora celestia et corpora

terrestria. Sed alia quidem celestium gloria. alia autem terrestrium. alia claritas solis. alia claritas lune. et alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate. sic et resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione. surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate. surget in gloria. Seminatur in infirmitate. surget in virtute. Seminatur corpus animale. surgit corpus spiritale. Si est corpus animale est et spiritale. Sic enim scriptum est. Factus est primus homo adam in animam viventem. novissimus adam in spiritum vivificantem. Sed non prius quod spiritale est. sed quod animale est. deinde quod spiritale. Primus homo de terra terrenus. secundus homo de celo celestis. Qualis terrenus. tales et terreni. Et qualis celestis. tales et celestes. Igitur sicut portavimus imaginem terreni. portemus et imaginem celestis. Hoc autem dico fratres. quoniam caro et sanguis regnum dei possidere non possunt. neque corruptio incorruptelam possidebit. Ecce misterium vobis dico. omnes quidem resurgemus. sed non omnes immutabimur. In momento in ictu oculi. in novissima tuba. Canet enim tuba. et mortui resurgent incorrupti. et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam. et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem. tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorta est mors in victoria. Ubi est mors victoria tua. ubi est stimulus tuus. Stimulus autem mortis peccatum est. Virtus vero peccati lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum ihesum christum. Itaque fratres mei dilecti stabiles estote et inmobiles. habundantes in opere domini semper. Scientes quod labor vester non est inanis in domino.

XVI De collectis autem que fiunt in sanctos sicut ordinavi ecclesiis galatie. ita et vos facite. per unam sabbati unusquisque apud se reponat. recondens quod ei bene placuerit. ut non cum venero tunc collecte fiant. Cum autem presens fuero quos probaveritis per epistolas hos mittam perferre gratiam vestram in ierusalem. Quod si dignum fuerit. ut et ego eam. mecum ibunt. Veniam autem ad vos cum macedoniam pertransiero. nam macedoniam pertransibo. Apud vos autem forsitan manebo. vel etiam hiemabo. ut vos me deducatis quocumque iero. Nolo enim vos modo in transitu videre. Spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos si dominus permiserit. Permanebo autem ephesi usque ad pentecosten. Hostium enim michi apertum est magnum et evidens. et adversarii multi. Si autem venerit timotheus. videte ut sine timore sit apud vos. opus enim domini operatur sicut et ego. Ne quis

ut innotescat principibus et potesta
tibus in celestibus per ecclesiam multiformis
sapientie dei. secundum prefinitionem
seculorum quam fecit in christo ihesu domino nostro.
In quo habemus fiduciam et accessum
in confidentia per fidem eius. Propter
quod peto. ne deficiatis in tribula
tionibus meis pro vobis que est
gloria vestra. Huius rei gratia flecto
genua mea ad patrem domini nostri ihesu
christi. ex quo omnis paternitas in celis
in terra nominatur. ut det vo
bis secundum divitias glorie sue vir
tutem corroborari per spiritum eius
in interiorem hominem. habitare christum
per fidem in cordibus vestris. in cari
tate radicati et fundati ut possi
tis comprehendere cum omnibus sanctis.
que sit latitudo. longitudo. sublimitas.
et profundum. Scire etiam supereminen
tem scientie caritatem christi. ut im
pleamini in omnem plenitudinem
dei. Ei autem qui potens est omnia
facere superhabundanter quam petimus
aut intelligimus secundum virtutem
que operatur in nobis. Ipsi gloria
in ecclesia et in christo ihesu. et in omni generatione
seculi seculorum. Amen.
IIII Obsecro vos itaque fratres. ego vinc
tus in domino. ut digne ambuletis
vocatione qua vocati estis cum om
ni humilitate et mansuetudine.
cum patientia. supportantes in
vicem in caritate solliciti in vinculo
pacis servare unitatem spiritus. Unum
corpus et unus spiritus. sicut vo
cati estis in una spe vocationis ve
stre. Unus dominus una fides. unum
baptisma. unus deus et pater omni
um. qui super omnes et per omnia
in omnibus nobis. Unicuique autem
nostrum data est gratia secundum mensuram
donationis christi. Propter quod dicit.
Ascendens in altum captivam duxit
captivitatem: dedit dona hominibus.
Quod autem ascendit quid est ni
si quia et descendit primum in inferiores
partes terre. Qui descendit ipse
est et qui ascendit super omnes celos.
ut impleret omnia. Et ipse dedit
quosdam quidem prophetas. quosdam
autem apostolos. alios vero evan
gelistas. alios vero pastores et
doctores ad consummationem sancto
rum in opus ministerii. in edificationem
corporis christi. donec omnes occur
ramus in unitatem fidei et agnitio
nis filii dei. in virum perfectum in men
suram etatis plenitudinis christi.
Ut iam non simus parvuli fluctuan
tes. et circumferamur omni vento doc
trine in nequitia hominum in as
tutia ad circumventionem erroris.
Veritatem autem facientes in cari
tate crescamus in illo per omnia
qui est caput christus. Ex quo totum
corpus compactum et conexum
per omnem iuncturam subministrationis